

Sofonisba e Massinissa: le nozze precipitose

Massinissa, focoso ed incline ai piaceri, è preso dalla passione per Sofonisba, ma è combattuto tra questa e la lealtà a Scipione; pensa di salvare la nemica cartaginese facendola sua sposa.

Forma erat insignis et florentissima aetas. Itaque cum modo dextram amplectens in id ne cui Romano traderetur fidem exposceret propiusque blanditias iam oratio esset quam preces, non in misericordiam modo prolapsus est animus victoris, sed, ut est genus Numidarum in venerem praeceps, amore captivae victor captus. Data dextra in id quod petebatur obligandae fidei in regiam concedit. Institit deinde reputare secum ipse quemadmodum promissi fidem praestaret. Quod cum expedire non posset, ab amore temerarium atque impudens mutuatur consilium; nuptias in eum ipsum diem parari repente iubet ne quid relinqueret integri aut Laelio aut ipsi Scipioni consulendi velut in captivam quae Masinissae iam nupta foret. Factis nuptiis supervenit Laelius et adeo non dissimulavit improbare se factum ut primo etiam cum Syphace et ceteris captivis detractam eam lecto geniali mittere ad Scipionem conatus sit. Victus deinde precibus Masinissae orantis ut arbitrium utrius regum duorum fortunae accessio Sophoniba esset ad Scipionem reiceret, misso Syphace et captivis ceteras urbes Numidiae quae praesidiis regiis tenebantur adiuvante Masinissa recipit.

Livio, *Ab Urbe condita*, XXX

Traduzione guidata

Forma **erat** insignis et florentissima aetas.

L'aspetto era insigne e l'età fiorente.

Itaque **cum** modo dextram **amplectens** in id **ne cui Romano traderetur** fidem **exposceret**

Perciò, stringendo(gli) la mano (=la destra), mentre chiedeva una promessa in ciò, che non fosse consegnata a un qualche romano,

propiusque blanditias iam oratio **esset** quam preces,

e mentre il (suo) discorso era oramai più vicino alle lusinghe che non alle suppliche,

non in misericordiam modo prolapsus est animus victoris, sed,

l'animo del vincitore non cedette solamente alla misericordia, ma,

ut est genus Numidarum in venerem praeceps, amore captivae victor **captus (est)**.

poiché la stirpe dei Numidi è precipitosa nei confronti della bellezza, il vincitore fu conquistato dall'amore della prigioniera.

Data dextra in id **quod petebatur** obligandae fidei in regiam **concedit**.

Stretta la mano a una promessa che lo vincolava in ciò che era chiesto, andò nella reggia.

Institit deinde **reputare** secum ipse **quemadmodum promissi fidem praestaret**.

Stette a lungo poi a meditare proprio con se stesso in che modo prestare fede alla promessa.

Quod cum expedire non posset, ab amore temerarium atque impudens **mutuatur** consilium;

Poiché non poteva risolvere la questione, si lascia suggerire dall'amore una decisione avventata e imprudente;

nuptias in eum ipsum diem parari repente **iubet** **ne quid relinqueret integri**

Comanda improvvisamente che venissero preparate le nozze proprio in quel giorno, affinché non rimanesse nulla di impregiudicato

aut Laelio aut ipsi Scipioni *consulendi* velut in captivam **quae Masinissae iam nupta foret** (=esset).
da decidere o a Lelio o a Scipione stesso, come nei riguardi di una prigioniera che oramai era la moglie di Masinissa.

Factis nuptiis *supervenit* Laelius et *adeo* non *dissimulavit* **improbare se** *factum ut primo*
Celebrate le nozze, sopraggiunse Lelio e non dissimulò di disapprovare il fatto, al punto che in un primo momento

etiam cum Syphace et ceteris captivis **detractam** eam lecto geniali **mittere ad Scipionem conatus sit**.
tentò anche di mandare lei, sottratta dal letto nuziale, a Scipione, insieme a Siface e alle restanti prigioniere.

Victus deinde precibus Masinissae **orantis**
Quindi, vinto dalle preghiere di Masinissa, che lo supplicava

ut arbitrium *utrius regum duorum fortunae accessio Sophoniba esset* **ad Scipionem reiceret**,
di rimettere a Scipione la decisione su (=alla sorte di chi) a chi, tra i due re, spettasse il sovrappiù di Sofoniba,

misso Syphace *et captivis ceteras urbes Numidiae*
mandato Siface e i prigionieri, riconquistò le restanti città della Numidia

quae praesidiis regis tenebantur *adiuvante Masinissa* **recipit**.
che erano difese da presidi del re, con l'aiuto di Masinissa.